

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Pompa Exequiarum Catholici Hispaniarum regis
Ferdonandi Aui Materni Illustrissimi Hispaniaru Regis
Caroli, Archiducis Austriae, Ducis Burgundiae. &c**


Geldenhauer, Gerhard


[Straßburg], [1516]

[urn:nbn:de:bsz:31-270892](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270892)



42 A 1205 RH





[Gerhard Geldenhauer^x Noviomagus]

6

^xPOMPA EXE

quiarum Catholici Hispaniarum regis Ferdonandi Aui Materni Illustrissimi Hispaniaru Regis Caroli, Archiducis Austriae, Ducis Burgundiae. &c.

Epitaphium Ferdonandi Hispaniaru Regis Catholici, inclyti, uictoris ac semper triumphatoris.

Qui toties Gallos superauit uindice dextra,
Repperi & in uasto ditia regna mari,
Qui Bethyn domui Mauros pellendo prophanos,
Concessi fatis, omnia fata regunt.



2+

ILLVSTRISSIMO POTENTISSIMO

q̄ Hispaniarum Regi Carolo, Archiduci Austriae &c. Gerardus Nouomagus, eiusdem Regis sacerdos facellanus S. D. P.

Legimus in sacris utriusq; testamēti historijs, illustrissime Rex Carole, filios, patrum ac maiorū suorum corpora, magna cura terræ mandasse. Legimus & in prophanis literis, qua exquiarum pompa, populus Romanus diuorum Cæsaris Diostatoris, & Octauij Augusti, corpora cremauerit, reliquias collegerit, in Mausoleis cōdiderit. Quare celsitudo tua, ne a pijs maiorum degeneraret institutis, magnifico apparatu & instrumento, funeralia Catholici Hispaniarum Regis Ferdonandi, aui sui Materni celebrauit. At ego minimi, inter famulos tuos, nominis, hæc funeralia, literis urcunq; comendauī, ut cunctis claresceret, q̄ pius in uiuos mortuosq; parentes existas. Accipe itaq; quæso potentissime Rex, libellum hunc nostrum boniq; consule. Neq; te moueat, quod tristitia continet, nam ea est humanarum rerū uicissitudo, ut tristitia uertatur in gaudium.

Opro celsitudinem tuam prospere ac feliciter ualere ac regnare Nestoris annos. Bruxellæ ex edibus Præfecti maris. Anno domini

Millesimo Quingentesimo decimo sexto, septima Calendas Aprilis.



Otētissimus Hispaniarū rex Carolus, ubi de morte
Aui sui materni Catholici (id cognois, subacta Gra
nata, a Pōtifice Max. meruit) Hispaniarū regis, cer
tior fact⁹ est, ut toti orbi testatissimū redderet, quo
amore auū dilexisset, iussit ingenti impensa, curiosa diligentia,
magnifico apparatu, exequiarū pompam parari Bruxellę, cele
bratissimo Brabantię oppido. Via .n. qua itur a ducali palatio,
in templum usq; diuo Michaeli sacrum (sanctę Gudule uulgo di
citur) utrinq; palis septa erat in terrā defixis, q̄ quatuor fere pedū
altitudine extabāt, super palos tigna fixa, ut aditare ac incubere,
spectans populus cōmode posset, & ne a populo q̄ oppido ex ip
so, atq; ex p̄ximis pagis oppidisq; uisēdi cupidine cōfluxerat, cō
primerēt hi, q̄ funeralia celebraturi erāt. Ipla uia straminib⁹ stra
ta, quo lutū uestibus in terrā defluētibus minus officeret. Tem
plū uero ita ornatū, ut significari utcūq; possit, explicari autē mi
nime. Ab ea em̄ parte qua orientē solem spectat, in occiduā usq;
partem, inter columnas opertum erat superne holosericis nigri
coloris, q̄bus adfixus erat pānus laneus eiusdē coloris, ita propē
dens, ut ipsū ferme templi pauimentū contingeret. Tigna super
hec colūnis affixa erāt inumeris cādelabris cereisq; ornata, affixa
& defuncti regis insignia, magna impensa, nec minori depicta
igenio. Ante chorū (ita dicūt) ara erecta, ad quā aliquot gradib⁹
ascēdebat, & a dextris & sinistris arę, loca paululū eminētiora,
decreta primi nois sacerdotib⁹, abbatibus, episcopis. Nihil erat,
ne altare q̄dem ullum, quod nō opertū esset nigri coloris pāno
Ara ipsa incredili ornatu fulgebat. Nā undiq; textili auro tecta, ui
sentiū & oculos & mētes caligare cogebat. In arā aurea diuorū
imagines, cruces, cādelabra aurea & argētea ex principali sacello
illata. Stupebāt uidentes, & uidere gestiebāt, nec uidendo satia
ri poterant. In templi meditullio mirifici operis turris erecta, ali
sacellū uocabant, forte rogos dici poterit, altitudine septuaginta
pedū, ordinibus distincta nouē, ita ut inferior ordo, siue gradus
esset latissimus, reliqui cōtractiores, usq; dum in summitatē ue
nias. Sacellum autē hoc, textili auro undiq; ornatū, nouē coro
narū radiatarū speciem p̄ferebat. Candelabra nanq; ordinibus
affixa cereisq; impositi, radiorū similitudinē aptissime expresse
rāt. Sub sacello locus relict⁹, ubi feretrū loculūq; defuncti regis,
holosericis magnifice opertus, uisēbant. Et hec pars ceratis tedīs

in cancellorū formā clausa erat. A sacelli laterib⁹ sub sellia erecta,
in qbus equestris ordinis primores sederēt. Hęc de uia templo q³
paucis indicasse sat sit, reliqua lector animo cōprehendat necel-
sum est, uerbis enim exprimi non posse, crediderim.

Anno a natali saluatoris nostri dei Iesu Christi supra millesimū
quingētesimū decimo sexto, pridie idus Martias inter tertiā &
quartā horas pomeridianas. Magistri cōuberniorū & opificū
ciuitatis Bruxellanæ, in foro cōuenerūt, ferentes quiq; ceratā fa-
cem, hinc decēti ordine, ducale palatiū adiere. inde ordine quo
uenerāt, extra palos & tigna, qbus uiam septā diximus, cōsiste-
bant, funebre pompā expectātes, ita discreti locis, ut a palatio uf-
q; ad templū utrinq; ciues starent supra mille fere ducēti, flāman-
tes faces tenētes. Cōuenere eodē tempore, in diui Michaelis edē,
pueri scholastici, prædicatores, carmelitæ, minores, sacerdotes,
canonici, & sacellani, & prudētissimus utriusq; iuris doctor Ioā-
nes Vemeldingi⁹, eiusdē templi decanus dignissim⁹. Hi ordinē,
quē diximus, palatiū adeuntes, tandē p̄cedentibus antambulō-
nibus duobus aulicis, quo uenerāt ordine, crucib⁹ opertis, fune-
brem p̄cessere pompā. Hos sequebant̄ cerimoniarū magistri
un⁹ & alter, tū un⁹ p̄curatorū Aulę ducalis quē sacerdotes sacel-
lani principis, hi q dicunt̄ secūdi ordinis, deīde cātōres, sacellani
primi ordinis, canonici frigidomōtani, suo q³ ordine discreti.
His p̄ximi erant abbates, numero (si recte memini) uiginti tres,
quorū tredecim pōtificio ornatu, reliqui p̄prio procedebāt, cui⁹
q³ pastoralis baculus p̄fereba^r, & quēq; sacerdos (quē uulgus gal-
lorū, capellanū uocat) ornatus cappa (ita dicunt) holoserica, sub-
sequebatur. Hic erat spectabilis ac uenerandus abbatū ordo.
Tum episcopi uno ordine tres p̄cessere, quos sacerdotes totidē,
holosericis textilib; auro uestiti p̄cedebāt, pastores ferentes
baculos, sequebant̄ & cubicularij defluentes in terrā uestes leuā-
tes. Hos sequebatur maiestate grauitateq; eximia episcopus qui-
dā Hispanus, quē & sacerdos pastorale baculū gestans p̄cede-
bat, & honesta admodum familia sequebatur.
Deinde uenere pauperes uiri ducēti, lugubrib⁹ & uestibus & ca-
pitij induti, quilibet tedā ceratā flāmantē gestās, cui adfixa erāt
defuncti regis insignia. Inter pauperes, qui intra uiaē septā ibant,
p̄gressa est ornatu lugubri (ut omēs) principis familia, quē mino-
ribus officijs fungit̄. Tū primores ciuiū, magistratusq; Bruxel-

lenfis, magistratus senatoresq; aliorū oppidorū, ditionis principi, ad hanc funebre pompā euocati. Hos sequebantē prudentissimi grauiissimiq; Brabantię senatores, subsequēte Cācellario dignissimo. Tū questores erarij, primus receptor, questor primus (magnum thelaurariū dicimus) secretarij, cōsiliarij. Nullus erat toto ordine, qui nō lugubri ornatu amictus esset. His uisēdo ordine, mira grauitate, silentioq; pcedentibus, processere uiatores duo, quibus proximi erāt nobiles pueri principis nudis capitibus incedentes, quos eorū pceptor & institutor solus sequebat. Tum processere ordine uiri nobiles eq̄stris ordinis de familia principis, & alij eiusdē ordinis uiri innumeri, q̄ stipendia faciunt sub principe, ex omni principis ditione euocati.

Post hos uenere tres principalis aulae pcuratores (magistros domus appellāt) Deinde caduceatores siue feciales (Heraldi dicuntur) tres, quosq; lauri ramū gestans. Quos sequebat triūphalis currus, opis pulcherrimi, inauratus undiq; in quo sella erat aurea sessore uacua. Currui affixa erāt exuuiæ hostiū, arma scilicet ac signa militaria (uexilla dicimus) ab hostibus capta. Ante sellā auream trophēū erectū, iuxta quod miles armatus, indicās bello iustoq; Marte, defunctū regem subiugasse regna, quorū insignia in currui triūphali uisebant. In currui lateribus effigiati genij nudi, inuentioe & arte mirifica Ioannis Malbodij pictoris clarissimi, ac nostri seculi Apellis. Is quod in uexillis, currui, armis, insignibus militaribus signis erat artis pulchritudinisue, iuenerat, adhortante & subinde iuuante eū, unico patrono meo Philippo Burgundo maris Præfecto, qui hac in re (ut in omni) ingenio supra humanū est. Currū tā magnifice adornatū trahebat quatuor equi candoris eximij phalerati ornatiq; holosericis, auro & argento. Aurigæ eqs insidebat quatuor, armati, lauros gestantes, in more Romanorū triumphantiū, ut uidere est in uetustatis monumentis. Post currū a nobilibus uiris, ordine portabant gladius capulo eleuato, ut rex indicaret mortuus, cuius is gladius fuerat, galea, clypeus. Tum uenere equi duo, unus sine sessore, instratus undiq; sericis in terrā defluētibus, ornatis defuncti regis insignibus, quem quatuor equēstris ordinis primores ducebant. Alter non minori ornatu ferebat in sella coronam regiam radiatam, gemmis adornatā, quā etiam primi ordinis nobiles ducebāt & comitabant. Deinde uidere erāt caduceatores duodecim, gestā

tes lauri ramos, pulchro ordine, & uestibus sericis in huiusmodi pomparū usū factis, ornatos, q̄s caduceatorū p̄fectus (quem Gallica lingua Heraldorum regem uocant) solus sequebatur.

Tū uenit generosissim⁹ ac potētissimus princeps Carolus Austria, unica secundū diuos, Christianorū oim spes & ornamentū, in quē respiciūt oculi uniuersi orbis, humili iumēto isidens, tristi ornatu, pulla. s. ueste, & caputio indutus, ita ut generosissima & decora grauitatisq; plena illa facies, uideri nō posset a spectatori bus. Tam tristis principis ornatus multos lachrymari cogebat. Custodes corporis principē suū utrinq; comitabāt ueste lugubri. Post principē pullati insidebāt mulis, legati & oratores Pontificis Max. Leonis decimi. Diui Maximiliani impatoris semp Augusti, Christianissimi Francorū regis Frāncisci primi, defuncti regis Catholici, Henrici octauī Anglorū regis inuictissimi.

Deinde seq̄bant uiri principes, eq̄tes ordinis aurei uelleris, ornati sup pullā uestē torque aureo ordinis sui mulis insidētes, maiestatisq; pleni. Subseq̄bant mulis isidentes, primores equestris ordinis, inter q̄s erāt, comites, principes, marchioēs, duces, quorū noīa in libellis uernacula lingua, hac de re editis, cōtinent. Omnib⁹ templū ingressis, & q̄busq; suis locis residētib⁹, uigiliae defunctorū, christiano more, dictae sunt, in salutē animae defuncti regis, q̄bus pactis, princeps & sui in palatiū rediere, flāmantib⁹ ceratis facibus, eo quo uenerāt ordine, prēter religiosos, canonicos, abbates, episcopos, currū triūphalem, & eq̄s regios. Vexilla uero reliquaq; militaria signa, quē in curru triūphali steterāt, e sacello, qd̄ supra regis defuncti loculū extractū erat, propendebāt.


Postridie huius diei, a q̄nta hora usq; in undecimā, ab innumeris sacerdotibus christianū sacrificiū deo, opt. Max. oblatū, pro aīa defuncti regis. Ad nonā autē horā clerus Bruxellensis, sacellani principis utriusq; ordinis, abbates, episcopi, q̄sq; suo ornatu & instrumēto instructus, operiebant in templo principē. Interea a duobus episcopis duę missae cātate. Tū redieris ad tigna (ut pridie) stantibus, ceratisq; facibus flāmantibus, princeps a ducali palatio hoc ferme ordine progressus est.

Principio (ut pridie) uenere ante ambulones duo, deinde primores ciuū senatusq; Bruxellensis, Senatus Brabantiae, quē Cācellarius comitabāt, Primores oppidorū principis, ad hāc exequiarū pompā euocati, Familia principis, quā utrinq; pauperes ducēti co

mitabāt, flāmātes tēdas ceratas gestātes. Tū apparitores (nescio an uiatores rectius dixerim) tres, deinde p̄fecti erarij, receptores, questores, primus receptor, primus questor, secretarij, cōsiliarij. Post hos p̄cessere uiatores duo, tū sequebant nobiliū liberi, qui aulicā militariēq; disciplinā docent sub principe, quos eorū magister sequebat. Deinde p̄cessere decenti ordine, equestris ordinis uiri de familia principis, & alij eiusdē ordinis ex omni principis ditone conuocati.

His proximi erāt caduceatores nouē, ornatu insignibusq; suis induti, lauros gestantes (ut caduceatores oēs) post quos duodecim signa militaria a uiris equestris ordinis portabant. Quodq; militare signū sequebat equus regius sine sessore instratus, dependētib; in terrā lericis, insignibusq; regijs, miri operis, quē duo equestris ordinis nobiles ducebāt. Rurilabant uexilla, fulgebant equi ornati phaleratq; more regio. Nec ideo luctus minuebatur, sed augebatur magis, & tristissima humani generis cōmiseratio uisentib; suboriebāt. Hunc ordinē sequebant caduceatores duo, tū uiri nobiles duo, quorū unus clypeum, alter galeam gestabat deinde alij duo nobiles uiri, quorū unus uestem militariē, alter gladiū defuncti regis ferebat. Portabat & torques ordinis aurei uelleris defuncti regis. Deinde portabat ab equestris ordinis uiro uexillū maiusculū, quod sequebant p̄curatores aulae principis, tū caduceatores duo, post quos caduceatores tres, tū principē p̄cedebat caduceatorū p̄fectus, insigni ornatu redimitus. Processit deinde (ut pridie) generosissimus totius orbis princeps Hispaniarū rex Carolus moestitiē plenus, lugubri ornatu, humili iumēto insidēs, quē custodes corporis utrinq; studiosissime comitabant. Deinde uenere legati & oratores, quorū meminimus. Equites ordinis aurei uelleris, inter quos erat Ioannes Siluius iustitiē prudentiēq; armariū, primus Burgūdionū Cancellarius. Postremo equestris ordinis primores (ut pridie) ubi hoc ordine in templū uentū, incepra a cātoribus missa pro anima defuncti regis, episcopo primū noīs rem diuinā faciēte, incredibilis erat templi fulgor, ob flāmantes tēdas, cereosq; ardentē. Explicari nō poterit, quis ibi ordo offerentiū eqs & uexilla, quō tristissimus princeps aram adierit, & regiam oblationē pro aui sui materni anima dederit, quā elegans funebris oratio habita, fidem excedūt, quā p̄ caduceatores, & quā pulchro ordine gesta sunt, ut uexilla a caduceatorib;

in facellū sublata quod supra loculū extructū iam sepe diximus.
Peracto tandē sacrificio, uexillū maiusculū adhuc erectum tene-
bat is qui portauerat, tū a caduceatore cōclamatū ter lingua gal-
lica, Ferdonādus Catholicus Hispaniarū rex mortuus est, uexil-
loq; in terrā detecto, omnibus prostratis acclamatū, uiuat His-
paniarū Rex Carolus, tū eleuato uexillo traditoq; principi gla-
dio ac torque ordinis aurei uelleris, cerimonijs incredibilibus
que in libellis uernacula lingua æditis habent, redijt princeps a
templo in palatiū, ordine q̄ uenerat, nisi quod pauperes tedis in
tēplo relictis, insignia regia, q̄ tedis detraxerāt, in palatiū retulere.
Præcedebāt autē principē taciti tubicines sex, & pueri nobiles ca-
pitib; rectis. Illustrissimus uero rex Carolus, deposito pallio ca-
pitioq; lugubri, torque ordinis uelleris aurei ornatus, faciē illam
grauitatis plenam, populo spectandā prebuit.
Postea q̄ pransū est, pauperibus uiritim pecunia distributa. No-
uissime omēs, prospera læta ac foelitia, Hispaniarū Regi Carolo
ominabant. Hæc fere est exequiarū pompa, summam per me
significata, sicubi i ordine numeroe errauerim, si quid memo-
racū dignū omiserim, ignoscat queso candidus lector & uolun-
tatē meam laudet, quia in magnis & uoluisse sat est. Eiusmodi
res est, quæ ob barbara uocabula, & longū ordinē, uix latine
scribi possit. Quare etiam nobilium principūq; uirorū no-
mina tacere malui q̄ duriuscule p̄ferre. Aulim uero per
sanctæ iurare, me nihil rei gestæ addidisse, sed multa
silentio preterisse, ne incredulis lectoribus
speciosa uideret referre mendata.



Vist Annist Feb. 78. Nr.

